PLATO. ARISTOTELES
Entstehungsort unbestimmt (Tirol?), 3. Viertel 15. Jh. Seite 135r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



indigni tamen existentes cum ad parentum potestates se
contulerint / nos primum custodire negligent / multo
minus musicam quam decet estimantes / subinde que
gimnasticam ex quo in musici iuuenes nobis fient / et
ex hoc custodie nequaquam vigilantes reges statuent /
ad hesiodi nostrum que probandum genus aureum scilicet argente
um / eneum ac ferreum / simul autem ferro argentoque com
mixto / ere atque auro dissimilitudo / et irregularitas
quedam orietur / que in quocumque fuerit / bellum inimi
ciciamque generabit / huiusque generis seditionem fore
ubicumque insit profiteri nos necesse est Gla Et recte profecto
illas dicemus respondisse So Necesse inquam musas
existentes Gla Quid autem post hec inquit loquentur
tes muse So Cum autem seditio orta fuerit / vtrumque
genus ferreum scilicet et ereum / ad pecunie terrarum
ac domorum acquisitionem / nec minus auri et argenti the
retur / aureum vero et argenteum / cum haud inopi a
natura extet anima / sed opulenta potius atque diti
ad virtutem pristinam institutionemque diuerteret rep
ugnantibus igitur ac vicissim distrahentibus predia
tandem atque domos in medio partire et assistere
vna conuenerunt quos autem vt liberos prius custodi
re et amicos nutritores tutari consueuerint in serui
tutem redigentes / ac tributarios tenentes / et ob
noxios / eorum custodie inuigilare coegerunt Gla hec
inquit mutatio non aliunde profecto initium assumeret
So Nunc media igitur aristocratica inter atque ob
ligarchicam ciuitas hec fuit Gla Prorsus inquit

Capitulum tertium de timocratica ciuilitate et quomodo oriatur
et que ipsius natura et mores sint et de viro illi maxime con
simili Socrates Glauco Admirantus

Sic ergo inquam immutabitur / mutata vero que